GREGORIUS MAGNUS. ORIGENES. ANNALES ZWETLENSES
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 97r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



thalamos sex solummodo dicit cubitis mensurari. Si enim non cala
mo. s; sex cubitis mensuratur palmus de e quod superius in men
sura calami dicebatur ad esse. S; si thalami sunt sensus
atq; cogitationes fideliu in quib; caste anime conditori
suo in amore iunguntur. & per sex cubitos perfecta operatio
per palmum vero inchoatio contemplationis exprimitur. sce universalis
ecclesie debemus membra conspicere. & cicius invenimus quod sunt
in ea thalami uno calamo. & sunt alii sex tantummodo cubitis
mensurati. nam fideles quidam in illa omnipotentem dominum ita amant.
ut & in opere perfecti sunt. & in contemplatione suspensi. hii
perfecto calamum in mensura habent. quia & sex cubitos operationis
& palmum possident contemplationis. Quidam vero omnipotentem dominum quidem diligunt. & perfecte in bonis operib; exercent. s; tamen contemplari eius magnitudinem subtiliori intellectu nesciunt. Amant autem s; investigare gaudia eius ignorant. Hii itaq; sex cubitos habent & palmum non habent. quia ei iam per amorem iuncti sunt. s; ex contemplatione disiuncti. Qui tamen calami per commemorationem cubiti unius hinc & inde esse referuntur. quia videlicet in amore auctoris ac redemptoris nostri fideles anime & ex iudaico populo. & ex gentilitate convenerunt. Unde & iste redemptor noster cum super asellum sedens hierosolimam tenderet. sicut euvangelista testatur. multi straverunt vestimenta in via. alii autem frondes cedebant de arborib; & sternebant in via. & qui precibant & qui sequebantur clamabant dicentes osanna benedictus qui venit in nomine domini. Salvator & enim noster asellum sedens ierosolimam tendit. quando unius cuiusq; fidelis animam regens videlicet iumentum suum ad pacis intime visionem ducit. Iumentum sedet. & iam cum sce ecclesie uni

97